



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 56. Continuata Fausti Socini historia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. mum Angliæ dogmaticum Scriptis suis
 A.C. 1595. laceffens.

§. LVI.

Continuata Fausti Socini historia.

*Sandi. Bibl.
 Antit. p. 65.
 & seq.
 Hornbeek
 appar. ad
 controv. Soc.
 vita Faust
 Soc. aut.
 Przipeovio.*

Demum Faustus Socinus, cujus jam supra meminimus, anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo quarto relicta Florentiæ aula Baileam venit; tres ibidem annos commoratus: toto autem hoc temporis intervallo unice intentus erat, ut pernitiōsa Lælii Socinii Patruī sui scripta pervolveret, omnesque illorum impietates liberaliter imbiberet, quibus abunde saginatus easdem quoque aliis instillare satagebat: cum vero ejus Amici sat probe prospicerent, quod hac ratione in patria Calvinī opinionibus superstitione addicta funestum sibi negotium facefferet, hinc illum ab acuendo suo calamo absterrene totis viribus nitebantur: ast oleum, operamque perdidere; quippe Faustus anno millesimo quingentesimo septuagesimo octavo latinum opus *de Jesu Christo Salvatore* conscripsit, quod tamen non nisi hoc anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto publicam lucem aspexit, editionis curam in se suscipiente Elia Arcissevio ejus Discipulo, qui prima vice nefando huic partui nomen Fausti Socini apposuit, cum antehac
 ejus

ejus opera nunquam illius nomen præ-ferrent. Sæcul. XVI.
A.C. 1595.

§. LVII.

Fausti disputatio cum Francisco Puccio.

Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo septuagesimo octavo Socinus acri disputationi cum Francisco Puccio de statu primi hominis implicabatur. Erat hic Puccius Florentiæ ex illustri genere ortus, qui novarum opinionum illecebris inescatus relicta vera Ecclesiæ fide, ut suos errores spargendi ampliorem nancisceretur libertatem, Lugduno, ubi mercaturam agebat, excedens in Angliam venit, ut Oxoniæ Theologicis disciplinis imbueretur: postea Londinum profectus, ac præclara de se opinione fascinatus sui ævi celeberrimum se esse Theologum existimabat, atque ad Helvetios pergens cum Socino circa quæstionem de statu primi hominis in arenam descendit: quam vero ipsemet opinionem circa hunc articulum propugnauerit, non referunt Scriptores, id tamen vero fat simile est, quod ea Basileensium sententiæ adversa fuerit, eoquod ab illis tanquam Vir de novis erroribus suspectus urbe ejectus fuisset. Ergo Londinum redire coactus ob sua dogmata in vulgus

*Hoornbeck
l. c.*

Handwritten notes in red ink, including the name 'Socinus' and other illegible characters.